

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Decima c
cum fonte primo

Attende quod creatura decima
inter intellectuales creaturas est homo
quia angeli in nouem ordinibus,
decimus autem ordo est hominum.
Et ideo est hominis decimam soluere
ut ruinam angelorum ualeat supplere.

Augustinus in sermone de decimis.

Attende autem quod creatura decima
inter intellectuales creaturas est homo:
quia Angeli in novem ordinibus.
Decimus autem ordo est hominum;
et ideo hominis est decimam soluere,
ut ruinam angelorum suppleat.

Albertus Magnus, *In euangelium
secundum Lucam expositio*, 18.12 (S.
Borgnet ed., Opera omnia, t.23, p.507).